



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
40 G
3
ROMA



IMPRIMATUR.

Tho. Thomkyns RR^mo. in *Christo* Patri, ac Dom. Domino *GILBERTO*, Divinâ Providentiâ Archiepiscopo *Cantuar.* à Sacr. Dom.

Ex Ædibus *Lambethanis*, Maii ult. 1672.



Elenchus Scriptorum IN SACRAM Scripturam

Tam *Græcorum*, quàm *Latinorum*, &c.

In quo exhibentur eorum

Gens, *Patria*, *Profeſſio*, *Religio*:

LIBRORUM

Tituli, *Volumina*, *Editiones* variæ.

Quo Tempore

CLARUERINT vel *OBIERINT*.

ELOGIA item aliquot *Virorum Clariſſimorum*.

Quibus omnibus præmiſſa ſunt *S. BIBLIA*,

Parteſque *BIBLIORUM*, variis Linguis,


variis Vicibus edita.

Operâ & Induſtriâ GUIL. CROWÆI,

Sudovolgienſis, Ludimagiſtri *Croydonienſis*.

LONDINI,

Typis *T. R.* Impenſis Authoris, & proſtat venalis apud *Moſen Pitts*, ad Inſigne *Albi Cervi* in Vico vulgò vocato Little-Britain, 1672.



REVERENDISSIMO

In CHRISTO PATRI

GILBERTO,

Providentiâ divinâ Archiepiscopo
CANTUARIENSI, totius *Angliæ* Primati,

A C

Μητροπολίτῃ REGIÆ Majestati à Secretioribus Consiliis, Εὐδαιμονίαν.

Amplissime Præsul.



OLENT, quibus aliquid est curæ, debitum Observantiæ, quibus obstricti sunt, agnoscere; adeoque gratias agere: Certè ego, qui tam multis

ſum Veſtræ Amplitudini nominibus devinctus, hoc idem non præſtare non erubeſcerem? Ago igitur ex debito quam humilimè Amplitudini Veſtræ gratias quantas poſſum maximas; quòd me immerentem licèt tantis cumulaviſti beneficiis. Solent itidem ſi quid habeant, iis à quibus dona aut munera acceperunt, in grati animi teſtimonium aliquid offerre; Quid ni & ego (quamvis aliud nihil habeam quo gratitudinem meam teſtatam redderem) ad Aram Munificentiæ Veſtræ hoc quod in manibus eſt, qualecunque Opuſculum non conſecrarem? Habentur quidem in Elencho *iſto à temporibus* Apoſtolorum *uſque ad hæc noſtra, Scriptores qui in amplificandâ* Eccleſia


CHRISTI

CHRISTI *totis viribus deſudârunt.* *Cumque hic agitur de ſummis* Eccleſiæ Doctoribus, *cui potius debeatur, quàm ſummo* Eccleſiæ Britannicæ *Doctori ac Præſuli? Offero igitur quàm ſubmiſſimè tantillum hoc, Minutum in* Gazophylacium *Veſtrum; Neque quod exiguum ſit munus, ideo minùs gratum benignitati Veſtræ futurum eſſe confido. Dignetur Amplitudo Veſtra non tam donum, quàm dantis mentem accipere, qui voluntati Veſtræ Univerſam induſtriam ſuam, omneſque Spiritus devovebit; & precabitur, ut Deus Opt. Maximus Vos ſuſtentet publicis oneribus gerendis, utque auſpiciis Veſtris reddat Dominus* JESUS *Eccleſiam ſuam*


Catholicam hic in terris florentem, & Vestram Amplitudinem dierum saturam fœlicium inter Angelos & Sanctos DEI, in Cœlis triumphantem.

Humilimus Vester.

GUIL. CROWÆUS.



PRÆFATIO
AD
LECTOREM.



UM non ita pridem in Acad. *Cantabrigiensem* ſtudendi gratiâ me contuliſſem, nihil prius habui, quàm ut frequens eſſem in Bibliotheca publica; inibi tum erat Bibliotheca *Lambethana* libris Acad. intermixta. Libris hiſce non multò poſt, juxta Mandatum Reverendiſſimi *Gilberti*, Archiepiſcopi *Cantuar*, Patroni mei colendiſſimi (cujus & Succeſſorum ſuorum erant de jure) *Lambetham* tranſmiſſis, ſucceſſit in eorum locum *Bibliotheca Holdſworthiana*, numerum priorum ſuperans, cujus quidem *Catalogum* tum temporis confeceram.

Inter

Inter cætera, Libris istis revolvendis cum observassem *Bolduanum, Besodnerum, Andr. Schottum*, aliosque tam *Pontificios* quàm *Lutheranos* simile quid huic nostro præstitisse; at suarum tantùm partium *Scriptores* adnotâsse, *Gente, Patriâ, Professione, librorum Voluminibus*, tempore quando *Inclaruerint* vel *Obierint*, ut plurimum *vel omnino* prætermissis, suggerebat animus, haud inutiliter Operam me navaturum, si omnes quotquot in *S. Script.* tam *Pontificiorum* quam *Lutheranorum*, tam *Calvinistarum* quam *Arminianorum*, ut etiam *Socinianorum*, & siqui alii scripserint; saltem id genus omnes, qui ad Manus mihi venerunt, vel quos alicubi invenire potui à Scriptoribus notatos, in unum quasi fasciculum colligerem: ita quidem ut cuilibet *S. Literarum* studioso facilimè innotescat, Quis, Quidve scripserit, *&c.* prout in Titulo. Et sanè permagnas gratias debeo habeoq; summo Viro & Ἑλλινικωτάτῳ *Jacobo Duporto*, S. T. P. Decano *Petroburg.* Coll. D. *Magdalenæ* apud *Cantabr.* Præfecto dignissimo; ut & Linguarum illi peritissimo, ac Doctissimo *Joan. Pearsono*, S.T.P. Coll. S. & Individuæ *Trin.* Custodi amplissimo, ibidemque D. *Margaretæ* Professori, qui ambo, summa cum humanitate, libris commo-

commodandis, non minimum huic incœpto auxilium præbuerunt. Et jam tandem hujusmodi adjumentis, quod animo meo diutius revolvissem, ad umbilicum perductum est.


Quod autem ad *Biblia S.* attinet, nonnullis forsan videatur ἀπροσδιόνυσον, istis recolligendis, laboris me quicquam insumpsisse; sciant autem Clarissimum *Draudium*, aliosque ad sua usque tempora varias *S.Bibliorum* Editiones *Bibliothecis* suis vel præmisisse vel interseruisse, Quarum præcipuis selectis, æquum visum est mihi omnium penè Linguarum Editiones posteriores addere quæ occurrebant.

Porro non ab re fore putabam, si libros *S. Bibliorum* in *Romano* Indice vel alibi prohibitos adjecerim, maximam partem à Clarissimo *Jamesio*, S.T.P. olim in Acad. *Oxon.* Bibliothecario primario in suo Indice generali citatos, quos quidem paginâ decimâ tertiâ subjungendos curavi; ut etiam suis locis ex eodem Indice Eorundem Interpretes, vel alibi apud alios notatos. Spero insuper in *Elencho* isto, me nemini quidquam affixisse, quod suis cujusque locis inventum non dabitur quærenti.

Animad-

Animadvertendum eſt præterea me per literam *P. Pontificios*, per ſyllabas *Luth. Lutheranos, Calv. Calvinianos, Soc. Socinianos* deſignâſſe.

Quantum ad incœptum, credebam ſanè iſtis conatibus meis aliquid me effecturum, quod in publicum bonum cederet. Certè aliquali uſus ſum induſtria iſtis perquirendis; ſi modò fuerint vel emolumento vel oblectamento, habeo quod cupio: ſin minus, faveat benevolus induſtriæ, ſi non faveat incœpto.



INDICULUS Authorum,

QUIBUS USUS SUM IN ISTO ELENCHO.

JOannes Trithemius, Abbas Spanheimensis.
Gesneri Tigurini Bibliotheca.
Petri Lucii, Belgæ, Carmelitæ Bruxellensis, Biblioth. Carmelitana.
Fabiani Justiniani, Genuensis, Commentarius de S. Script. & ejus Interpretibus.
Theodori Petræi, Carthusiæ Coloniæ Professi, Catalogus Hæreticorum.

Georgii

Georgii Draudii, Pastoris *Ottenbergensis*, Bibliotheca Classica.

Petri Besodneri, Cybiniensis, Saxo-Transylvani Biblioth. Theologica.

Francisci Swertii Athenæ Belgicæ.

Melchior Adamus, Silesius, de Vitis *German.* Theol.

Jacobi Tirini Index Auctorum, Tomo secundo Operum.

Robertus Bellarminus De Scriptoribus Eccles.

Petrus Ribadeneira De Scriptoribus *Societat. Jesu.*

Philippi Alegambis, Bruxellensis, Bibl. Script. *Soc. Jesu.*

Philippus Labbe, *Biturix*, De Scriptoribus Eccles.

Adriani Regenvolscii Systema Historico-Chronologicum Eccles. *Sclavonicarum.*

Joannis Gerardi Patrologia.

Pauli Bolduani Bibliotheca Theol.

Edvardus Leigh, Arm. de Religione, *&c. Anglicé.*

Thomæ Fulleri Heroes *Angl.*

Ejusdem *Abel* Redivivus *Angl.*

Tobiæ Magiri Eponymologium Criticum.

Gasparis

Gasparis Barthii Adversaria.
Joan. Meursii Athenæ Batavæ.
Possevini Apparatus 2 Vol.
Parei Medulla *Histor. Ecclesiasticæ.*
Monumenta literaria ex *Thuano*
Gaulterii Chronographia.
Andreæ Valerii Bibliotheca *Belgica.*
Balæus De Scriptoribus *Anglicanis.*
Godwinus De Præsulibus *Angliæ*
Jac. Waræus De Scriptoribus *Hiberniæ.*
Sixt. Senensis Bibliotheca sancta.
Buxtorfius De Abbreviaturis *Hebr.*
Calvisii Chronologia.
Helvici Theatrum Historic. continuatum à *Schuppio.*
Jac. Verheiden, Graviensis, Effigies Protest. aliquot.
Catalogus Testium Veritatis, Illyr.
Fasciculus Temporum.
Lilius Gyraldus De Poet. Histor.
Leander Albertus, Italicé.
Caroli Stephan. Lexicon Poet.
Ferrarii Lexicon Geograph.
Catalogus *Oxoniensis,* 1635.
Bibliotheca *Sionensis.*
Catalogi *Francofurtenses* varii.

Cata-

Bibliorum Sacrorum tam *Veteris* quam *Utriusq; Test.* Editiones Variæ Variis Linguis.

Primò Hebraicorum.

BIblia Sacr. Hebr. fol. & quarto Edita 1494. correctissimè. *J. Buxtorf* in *Biblioth.* sua *Rabb.*

Eadem Edit. per *Christoph. Plantin.* cum punctis 2. Vol. 4° Antv. 1584. 8° 2 Vol, decimo sexto 4. Vol. cum punctis *Antv.* & sine punctis. (Variis vicibus.)

Eadem per eundem uno Vol. 8°, & 24°. sine punctis.

Eadem per *Robertum Stephanum* 4°. 2 Vol. *Paris.* & 8°. & decimo sexto correctissimè.

Eadem per *Eliam Hutterum* Charactere eleganti fol. *Hamburgi* 1587. & ibid. 1603. Charactere item eleganti fol. *Col.* 1603.

Eadem 4°. *Franc. Marchionum* 1594.

Eadem typo *Venetiano* 4°. *Aug. Vind.* 1611.

Eadem sine punctis 24°. *Lugd. Bat.* 611.

Eadem typo admodum minuto cum punctis & accentibus, octavo *Basil.* 1616.

Eadem quarto *Witeb.* 1586.

Eadem fol. quarto, & octavo, *Genevæ*, 1618.

Eadem cum punctis, duabus partibus, quarto *Amstelod.* 1636.

Eadem cum punctis, octavo ibid. 1639, 1661. Typis *Ioseph. Athias.*

Eadem cum triplici Targum in *Pentateuchum, Onkeli sive Aquilæ, Jonathanis,* & *Hierosolymitano,* & Commentario *Solomonis Jarchi* in omnes 24. libr. S. *Scripturæ,* quarto, *Franc.* 1615. octavo *Hannov.* 1611. & alibi

Aquila, Rabbi *Akibæ* Discipulus, natione *Ponticus,* patriâ *Synopæus. Sixt. Sen.*

Targum, *h. e.* Chaldaiaca Paraphrasis, Autorem habet in *Pentateuch. R. Aquilam,* in *Prophetis* tam major. quam min. R. *Jonathan,* filium *Vzielis,* in reliquis V. T. libris R. *Josephum* cæcum. *Tirinus.*

Concinnatâ videtur ista Paraphrasis 42. annis ante *Christum* natum, tunc enim vixit Rabbi *Jonathas,* inquit *Petr. Galatinus,* cit. *Tirino.* Est tamen intelligendus de in *Prophetis* tantum; Nam R. *Aquila* sive *Onkelos* Proselytus, qui Author indubitatus est in *Pentateuch.* ut & R. *Josephus* cæcus, qui in reliquis *V. T.* libris scripsit, vixerunt post Christum natum: *Prior* centuriâ primâ *Gaulterio* in sua *Chronographia* ex *Genebrardo*: anno 120. sub *Hadriano Augusto, Epiphanio*: 142. *Calvisio*: aliis 128. *Hieronymus* autem in *Esaiam,* ipsum multis annis ante ultimam Captivitatem *Judaicam* floruisse autumat: *Posterior,* scil. *Josephus,* Centuria quartâ, *Gaulter.* ubi suprà.

Etsi verò non omnino inutilis sit ad exprimendam *Sacr. Script.* fœcunditatem, non tamen servit ad plenam veritatis fidem faciendam; Nam omnia penè ad res *Judaicas,* & in favorem *Synagogæ* trahit, & *Rabbinicas* fabulas *de duobus Messiis, de Lamentatione Dei, de Ascensione Mesis*

Mosis in Cœlum, de Tabulis Legis ex Sapphyrino Dei throno excisis, &c. multasque Superstitiones ferè ubique inculcat. *Tirinus* in *Ind. Auct.* Tom. 2. Operum.

Biblia Sacr. cum *Targum* & variis Rabbinorum Commentariis *Venet.* apud *Bragadinum* 1617, 1618, quatuor Vol.

Biblia S. Rabbinica, Bombergica dicta, quatuor Vol. fol. *Venet.* per *Danielem Bombergum.*

Biblia ista *Hebræa*, imprimi cæpta 515, finita 1517. per *Dan. Bomberg.* studio imprimis *Fœlicis Pratensis*, cujus ductu & auspiciis *Bombergus* iste literas *Hebræas* primùm *didicit*, & per Typographiam mirificè propagavit. Ita *Buxtorfius* in *Biblioth.* sua *Rabbinica*, ubi, quæ in Editione ista continentur, recenset singulatim, quò Lectorem remitto.

Eadem iterum fol. per eundem *Bomb.* inchoata 1523. finita 1528: *Buxtorf.* ubi supra.

Eadem per eundem, quarto ibid. 1511.

Biblia Hebr. Bombergiana, quatuor Vol. fol. 1617. Quatuor extant Editiones *Bibliorum Bombergensium*: secunda & tertia reliquis præfertur. *Br. Waltonus* in *Præf.* ad *Bibl. Polygl.*

Biblia Sacr. Hebr. & Chald. cum *Masora* magna & parva, ac selectissimis *Hebr. Interpretum* Commentariis, fol. *Basil.* 1618. per *Joan. Buxtorfium*

Biblia Rabbinica Nova, per *Joan. Buxtorfium* 2 Vol. fol. ib. 1620.

Hebraicorum cum translatione, adjunctis etiam in aliquibus N. T. *libris.*

BIblia Pagniniana 2 Vol. fol. 1509.

Biblia S. Hebr. & *Lat.* per *Sebastianum Munsterum, Germanum*, 2 Vol. fol. *Basil.* 1534. & ibid. 1546.

Biblia S. Hebr. à *Sancte Pagnino Lucensi* interpretata, Edit. 1523. ab *Aria Montano Hispalensi* ad *Hebraicam* veritatē expensa, vulgò *Interlinearia* nuncupata, fol. *Antv. Plant.* 1584, 1588. fol. *Genev.* 1619. & quarto.

Biblia Complutensia Hebr. Chald. Gr. Lat. per *Francisc. Ximenium*, 6 Tomis fol. *Antv.* 1515.

Ximenius, Hispanus, Cisnerensis, Minorita, dein Cardinalis & Archiepis. Toletanus, simul & Hispaniarum Archi-Cancellarius, Clar. 1510.

Profuerunt ista *Biblia*, scil. *Complutensia*, initio renascentis doctrinæ Evangelicæ *Megalandro Luthero* plurimùm, ut loquitur *Neander, Georg.* pag. 1.

Meritò numeratur hoc opus inter instrumenta & media, quibus Deus superiori seculo doctrinæ Cœlestis puritatem in lucem revocare voluit. *Alsted. Encyclop.* lib. 32 cap. 7.

Biblia Regia Hebr. Gr. Lat. unà cum *Targ. Onkelosi* & *Jonathanis*, tum ejusdem translatione Lat. *Ariæ Montani*. Tomis 8. *Plant. Antverp.* 1569.

Biblia Antverpiana sive *Regia, Hebr. Chald. Syr. Gr.* & *Lat.* per *Ariam Montanum*, Sumptibus *Philippi* Secundi, *Hispaniarum Regis*, Ed. 8. Tom. fol. *Antv.* 1571.

Biblia S. Hebr. Gr. LXX. *Lat.* per *Fransc. Vatablum, Hebr.* Linguæ Professorem *Lutetiæ*, tribus Vol. fol. *Salmanticæ* 1584. *Genevæ* 1586. *Salmant.* iterum 1599. *Heidelb.* 1599. 2 Vol. fol. *Paris.* 1516. Et ex officina *Sant-andr.* 2 Tom. 1587.

Anno 1584. expurgata fuere, inquit *Possevinus*, & probat Editiones ad id exemplar deinceps fideliter cusas, alias rejicit.

Biblia Hamburgensia Τετράγλωττα, viz. *Hebr. Gr. Lat. Germ.* per *Eliam Hutterum*, Ed. fol. *Hamb.* 1591. 3 Vol. fol. *Hamb.* 1596.

Biblia

Bibliorum Hebraicorum cum Translatione.

B*Iblia S. Hebr. Chald. Gr. Lat. Germ. Saxon. Ital. Gallic. Sclavonic. Danic,* &c. *Hutteri* Ed. fol. *Hamb.* 1597.

Biblia Quadrilinguia *Davidis Wolderi, Luth.* quorum primus Tomus, textum *Hebr.* continet: Secundus, librorum *Vtr. Test.* versionem, *Gr.* etiam LXX. *Interpretum, Latinam* duplicem, unam Veterem, & vulgatam, alteram *Santis Pagnini,* cum notis *Hebraicam* veritatem indicantibus, & *Germanicam Lutheri,* fol. mediano *Hamb.* 1596.

Biblia Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Græca, Syriaca, Lat. Arab. quibus textus originalis totius *Scripturæ Sacræ,* Quorum pars in Editione *Complutensi,* deinde in *Antverpiensi Regis* sumptibus extat; nunc integra ex Mss. toto fere Orbe quæsitis Exemplaribus Exhibentur 10. Vol. fol. *Paris.* 1645.

Biblia Πολύγλωττα per *Brianum Waltonum, Anglum,* complectentia textus originales *Hebr. Pent. Samarit. Chald. Gr.* Version. antiquas *Samarit. Gr. Chald. Syr. Arab. Æthiopic. Persic.* Vulgat. *Lat.* cum Notis, &c. Variorum, 6. Vol. fol. *Lond.* 1657.

Biblia Πολύγλωττα inchoavit *Br. Waltonus* 1653. absolvit 1657. Æt. Suæ 57.

Waltonus è *Clevelandia* in Com. *Eborac. Cantabr.* Coll. S. *Petri,* S.T.P. Obiit Episc. *Cestrensis* 1661 Æt. Suæ 61.

Bibliorum Græcorum.

H*Ic autem primò notandum secundum *Tirinum,* Versionē ex *Hebræo* primam, fuisse per LXX. *Interpretes* in Linguam *Græcam,* dein per *Rab-*

binos in *Chaldaicam*, tertiò per alios in *Gr.* rursus & *Lat.* quartò in *Syriacam*, quintò in *Arabic.* sextò in alias Vulgares *aliarum gentium* Linguas.

De Electione LXX. & quid præstiterint, consule *Tirinum* in *Indice*, ubi etiam refert Lectorē ad *Bellarminum* Lib. 2. *De Verbo Dei*, & *Bonfrerium* in præloquio *Pentateuch.* Cap. 16. Sect. 5. n. 6.

Nomina quidem *Interpretum*, prout à *Possevino* recensentur ex *Aristæa Judæo*, qui vixit tempore *Septuaginta*, legere est apud eundem *Possevin.* in *Apparatu* suo *Sacro*, & ex ipso apud *Besodnerum* in *Bibliotheca* sua *Theologica*:

De isto verò *Aristæa* sive *Aristæo* dicitur, quòd fuit *regis Ptolomæi* Satelles, & quòd aiebat se unum esse ex *Legatis* à *Rege* missis, qui hosce *Interpretes* poscerent ab *Eleazaro*, summo tunc temporis Pontifice, ut videre est in *Præfat.* Hæred. *Wecheli*, Edit. *Francof.* præfixa.

Bibliorum Sept. Interpretum Editiones aliquot Gr. *tantum*, & Græcè & Lat.

B*iblia* LXX. *Gr. Ven.* 1518.
Biblia Græca, *Ven.* apud *Aldum.* 1520.
Arg. 1526.
Basil. 1526, 1545.
Romæ, 1588.

Biblia S. LXX *Interpretum* cum Scholiis *Gr.* authoritate *Sixti* quinti fol. *Romæ* 1587. & 1589.

Eadem cum variis Lectionibus, 2 Vol. fol. *Francof.* 1597.

Eadem fol. *Basil.*

Eadem cum Test. *Gr. Lat.* 3 Vol. fol. *Paris.* 1628.

Eadem *Gr.* octavo *Londini* 1653.

Biblia

Biblia Brylingeriana Hieronymi Guntii, Bibracensis. 4 Vol. octavo, *Basil* 1550, 1578.

Biblia S. Trium Linguarum, Græca LXX. *Interp. Lat.* duplicis *Hieronymianæ* & *Pagninianæ, Germanicaque, Lutheri* fol. *Basil. Froben.*

Bibliorum Latinorum.

PRimò tamen, antequàm *Biblia* hæc recensemus, præmonitum Lectorem velim ex *Possevino*, fuisse penè innumerabiles olim Editiones *Latinas V. T.* ex *Græca* versione *Septuag.* & *N. T.* è *Græco* fonte, nimirum ante *Hieronymi* tempora; Una tamen erat communior, quæ *Vetus* & *Vulgata*. In ipsis (ut ait S. *Augustin.* Lib. secundo de *Doctrina Christiana*, Cap. 11.) interpretationibus *Itala* cœteris præferatur; Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ.

Verùm *Hieronymus Stridonensis*, qui claruit 410, duas *V. T.* Editiones edidisse dicitur. Unam, quâ translationem LXX. *Interpretum* à se correctam, ex *Græco Latinam* reddidit; Alteram, qua *Hebraicum* textum, postulante *Papa Damaso*, omnium primus *Latinum* fecit. Nec post eum usque ad *Lutheri* tempora, quispiam *Biblia Sacra* ex *Hebræo* immediatè in *Latinum* transferre tentavit. *Novum Testamentum Hieronymus* non vertit, sed solùm à mendis quæ irrepserant, repurgavit. *Tirinus* ubi supra.

Bibliorum Latinorum fol.

B*iblia Hieronym.* fol. *Venet.* 1476:
Eadem *Lugd.* 1526.
Eadem *Nurenberg.* 1530.
Biblia cum Notis *Hieronym.* fol. *Basil.* 1530.
Biblia cum Concordantiis *Basil.Froben.* 1514.
Biblia Lat. Noriberg. 479, & 1522.
Biblia S. Pagniniana Col. 1562.
Eadem 1523. & *Col.* 1541.
Biblia S. singulari cùm aliorum doctissimorum Interp. tum verò imprimis *S. Pagnini* & *Fr. Vatabli* opera, ex *Hebræis* & *Gr.* fontibus *Lat.* fol. *Basil.* 1564.
Biblia Ex Officina *Colinæi, Paris.* 1541:
Biblia ex Offic. *Dumæi* 1534.
Biblia cum *Annotationibus* fol, *Antv.* 1534.
Hentenii Biblia, Antv. 1547. 1570.
Biblia S. Utr. T. è Sacra *Hebræorum* Lingua, *Græcorumque* fontibus translata per *Leonem Judæ Gemerensem*, ut liquet ex *Præfatione Petri Cholini* in Lib. *Ecclesiastic.* sive *Apocryph. Tigur.* 1543.
Theodorus Bibliander, versionem illam absolvit cum *Conrado Pellicano* & *Petro Cholino*, *Tugiensi*.

Obiit Juda, 1542. Æt.Suæ 60. *M. A.*

Leo Juda, Vir pius, quinque linguarum peritus: hujus mors vitæ integrè actæ respondens, in ipsum diem Editionis absolutæ incidit. *Melch. Ad.* ubi plura de Edit. ista pag. 96.
Biblia Utr. T. cum Annotationibus *Franc. Vatabli* in *Vet.* & *Bezæ* in *Nov. Test.* 2 Vol.
Biblia S. Utr. T. Ed. a Theologis *Lovaniensibus Lovan.* 1545.

Eadem

Eadem maximis Characteribus cum figuris Æneis, *Antv.* 1583.

Biblia Sixti quinti, *Romæ* 1590.

*Biblia S.*Vulgat. Versionis cum emendationibus & explicationibus *Lucæ Osiandri*, insertis passim Locis communibus, tribus Vol. *Tubing.* 1592, 1598, 1606. *Fr. ad Moen.* tribus Tom. 1609, 1635.

Biblia Vulgat. *Clementis* octavi, papyro viridi fol. *Ven.* 1608.

Biblia Junii & Tremellii. fol. *Gen.* 1630.

Biblia Andreæ Osiandri, Lucæ filii, quæ præter antiquæ lectionis necessariam emendationem, multas insuper utilissimas observationes ex *Theologicis Heerbrandi, Chemnitii, Chytræi, Hunnii, Selnecceri, Welleri, Althameri & Formulæ Concordiæ* Lucubrationibus excerptas, & ad præsentē Ecclesiæ statum accommodatas, continent, *Tubingæ* 1600, 1606, *Franc.* 1611, 1618, 1635.

Biblia Vulgata cum Notis *Joan. Benedicti, Paris.* 1549, 1552, 1558, 1564, 1565, 1566. Opt. Edit.

Eadem per aliquot Theologos *Parisienses* emendata, *ibid.* 1573.

Biblia Isidori Clarii cum Scholiis *Venet.* 1542. & præcisis, (inquit *Possev.*) Prologo ac Prolegomenis, *ibid.* 1564, 1567.

De istis Bibliis cautum est in *Indice Pii* quarti, *Idem.*

Biblia Sacra cum Concordantiis ex *V.* & *N. T.* sacrisque *Canonibus*, & ex 20 Lib. *Josephi de Antiq.* & *Bello Judaico* excerptis, *Lugd.* 1564.

Biblia Sebastiani Castellionis cum Annotationibus *Basil.* 1551, 1554, 1573.

Elegantiæ plus satis curiosus; qui protervè in re seria Dei Verbum *Ciceronianæ* dictionis flore vestire

vestire insolenti temeritate molitus est. *Mori Exercit.* de *S. Script.*

Translationē ejus *Ethnicam* appellant, ut & *Munsteri Judaicam*, quia scriptores *Judaicos* imitatur, *Id. ib.*

Rob. Stephani Biblia, fol. *Paris.* 1528.

Biblia S. Roberti Stephani, cum Annotationibus copiosissimis, 2 Vol. *Paris.* 1557. & fol. *Lutet.* 1546.

Biblia R. Steph. cum duplici Translatione & Scholiis fol. *Lat.* 1540. prohibita.

Biblia hæc sunt *Leon. Judæ*, Annotationes autem *Vatablo* adscriptæ à *Rob. Steph.*

Biblia S. ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, cum figuris artificiosissimis, *Romæ* 1591.

Biblia ad præscriptum *Concilii Tridentini* emendata, tribus Tomis distincta, *Romæ* 1591.

Biblia S. diligentiâ studioque singulari elaborata, Versione *Erasmianâ N. T.* juxta priorem appositâ, unà cum Interpretatione *Lat.* Nominum *Hebraicorum*, *Chald. Græc. Cosmographicaque* locorum indicatione & indice locupletissimo, *Lipsiæ* 1598.

Biblia S. V. T. ex *Hebræo*, *Lat.* facta, brevibusq; Scholiis illustrata ab *Immanuele Tremellio* & *Fr. Junio*: Accesserunt libri *Apocryphi Lat.* redditi, & notis aucti à *Fr. Junio*: Item *N. T.* libri ex sermone *Syro* à *Tremellio*, ex *Græco* à *Theod. Beza* in *Lat.* versi, quarta Editio, *Franc.* 1618. *Hannoviæ* 1624. *Genev.* 1630.

Biblia variarum translationum tribus Tomis, *Antv.* 1616.

Biblia Vulg. Sanctis Pagnini una cum Versionibus LXX. Interpretum & *Chald.* Paraphrasi per *Fortunatum Fanensem* duobus Vol. *Venet.* 1609.

Biblia

Biblia Vulg. Paris. 1618.

Biblia Sacr. Vulg. Sixti quinti jussu edita cum Scholiis *Joan. Marianæ. Eman. Sa* & *Petri Lanselii*, 2 Tom. *Antv.* 1624.

Biblia cum Glossa Ordinaria *Lyrani* ex Offic. *Froben.* 1501. 6 Vol. *Lugd.* fol. 1528. & 7 Vol. *Lugd.* 1547, & 1590.

Eadem cum Glossa Ordinariâ primū à *Strabo Fuldensi*, cum Interlineari & Marginali ab *Anselmo Laudunensi*, cum Morale à *Nicolao Lyrano*, nunc novis *Patrum* tum *Græcorum* tum *Latinorum* explicationibus locupletatâ, cum additionibus *Pauli Brugensis* Ep. & *Matthiæ Thoringi* replicis, Ed. primùm per *S. Th. D. Parisienses*, & deinde aliquot *Duacenses*, *Duac.* 1617, *Antv.* 1617, *ib.* 1634, & 1624. 6 Vol.

Biblia magna cum Commentariis *I. Gagnæi Doctoris Parisiensis*, *Guil. Estii Doctoris Duacensis*, *Eman. Sa*, *Joan. Stephani Menochii*, & *Jacobi Tirini* simul collectis per *Joan. de la Haye*, Tom. 5. *Paris.* 1643.

Authores prædicti simul collecti per *Leandr.* à S. *Martino*, & *Joan. de la Haye*, undecim Vol. iterum 19 Vol. quæ *Biblia Maxima* appellantur, simul sunt comprehensi. *Paris.* 1660.

Latinorum Quarto.

Biblia Hieronymiana majori quarto, *Antv.* 1537 per *Steelsium*.

Biblia Leonis Judæ Tiguri 1550. 6 Vol.

Biblia S. ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, *Romæque* revisa, cum figuris, *Venet.* 1574.

Biblia S. secundum Vulgat. S. *Hieronymi* versionem

nem *Franc.* 1605. Versiculis distincta.

Biblia S. Vulgat. Edit. ad *Hebraicam* in *V.* & *Gr.* in *N. T.* à *D. Luca Osiandro* perpurgata, & ad *Germanicam Lutheri* collata, *Jenæ* 1599. *Hannov.* 1602.

Biblia S. Tremellii & *Junii*, (ut in fol.) *Londini* 1580, 1585. *Genev.* 1590.

Biblia Sacra cum *Præfat. Joan. Hentenii*, *Mechliniensis*, cum figuris, *Venetiis* 1583.

Biblia S. cum Annotationibus *Franc. Vatabli*, quibus accessit Interpretatio Nominum *Hebr. Chald. Gr.* passim in Bibliis occurrentium, *Hannov.* 1605.

Biblia Vulg. Edit. cum Figuris Æneis, *Moguntiæ* 1603, 1609, 1613.

Bibliorum Codex ex Offic. *Froschoveri*, Tig.

Bibliorum Codex sacer & Authenticus *Pagnini* ex *Hebr.* & *Gr.* veritate, quàm maximè fieri potuit, in linguam *Lat.* translatus, *Heidelb.* 1613.

Biblia S. Sixti quinti & *Clementis* octavi jussu & authoritate, Ed. *Romæ* 1617. *Lugd.* 1618. & alibi.

Biblia S. per Theologos *Tigurinos*, Tig. 1579.

Biblia S. Sixti quinti *Antv.* 1631.

Biblia Vulgata *Antv.* 1650.

Biblia S. Pagnini in majori quarto, *Franc.* 1591.

Latinorum Octavo & Duodecimo.

Biblia Hieronymiana cum Figuris 2 Vol. *Franc.* 1585.

Eadem cum Figuris 2 Vol. *Basil.* 1591.

Biblia S. Roberti Stephani Paris. 1555.

Biblia cum Annotationibus *Vatabli*, 5 Vol. apud *Rob. Steph.* 1545. Exemplar Elegantissimum.

Biblia S. Joan. Benedicti Paris. 1556. 2 Vol.

Biblia S. 5 Tomis *Antv. Plantin.* 1561.
Biblia S. Rovillii cum figuris *Lugd.* 1567.
Biblia S. Tornesii cum figuris, *ibid.* 1568.
Biblia S. Sant-andræana, Lugd. 1574.
Biblia S. cum Tabulis Geographicis apud *Comelin.*
Biblia S. Lovaniensia ad vetustissima exemplaria castigata, & approbata 5 Vol. *Antv.* 1565, 1608.
Biblia S. Pagnini Franc. 1591.
Biblia S. Francofurtensia, 2 vol. 1600.
Eadem octavo *ib.* 1610.
Biblia S. Sixti quinti *Lugd.* 1604.
Biblia Sixti quinti & *Clementis* octavi Col. 1615, & alibi.
Biblia S. Vulgat. Edit. *Lugd.* 1600, 1617, *Col.* 1619, *Antv.* 1619.
Biblia S. Sixti quinti cum Argumentis ad singula Capita, *Antv.* 1619.
Biblia Junii & Tremellii, Hannoviæ, 1619. & alibi octavo *Amstelod.* 1639.
Eadem Duodecimo *Amstelod.* 639.
Biblia Vulgat. Edit. *Col.* 1638.

Operæpretium credebam hoc in loco subjungere Biblia *Varia* à Tho. Jamesio Th. Pr. *recensita in Indice suo Generali, quæ à Pontificiis prohibentur.*

IMprimis Biblia, quæ habent Auctorum incerti nominis Præfationes, Scholia, vel Annot.
Biblia impressa *Antverpiæ* per *Joan. Steelsium* 1538, 1541, 1542. cum suis indicibus.
Biblia impressa *Antv.* per *Ant. Gonninm* 1540. cum suo indice.
Biblia impr. *Antv.* per *Ant.* Batman 1541. cum cujusdam doctissimi declaratione brevi de

Evangelii

Evangelii & Legis differentia, Epistolis S. *Pauli* proposita.

Biblia impr. *Antv.* per *Martin. Cæsarium* 1534. cum indice.

Biblia impr. *Antv.* per *Martin. Meranum*, 1541.

Biblia imp. *Basil.* apud *Nich. Berlingerum* 1544. cum indice.

Biblia impr. *Basil.* per *Tho. Gaurinum* Anno 1564. cum duplice Translatione, Vulgata nempe & altera recentiori ad veritatem Hebraic.

Biblia, seu *Bibliorum* pars cum Textu *Hebr.* & *Lat.* cum aliquibus Glossis marginalibus impr. *Genev.* aut ejusmodi alibi.

Biblia impr. *Lugd.* per *Ant. Vincentium*, 1556.

Biblia impress. *Lugd.* per *Hen. Savoream*, 1536. cum indice.

In *Biblia Sacra* impr. *Lugd.* apud *Joan. Tornæsium*, 1556. Index nisi corrigatur.

Biblia impr. *Lugd.* per *Jo. Frellon.* 1551, & 1555.

Biblia impr. *Lugd.* per *Jo. Tornæsium* cum Summa & Indice *V. T.*

Biblia impr. *Paris.* vel sine loco impressionis per *Franc. Gryphium*, 1541, 1542.

Biblia impr. *Paris.* per *Guliel. Goule*, 1537. cum indice.

Biblia impr. *Paris.* per *Hug. a Porta*, 1542, & 1544. cum indice.

Biblia impr. *Paris.* apud *Jac.* & *Ægid. Huguetam* cum suo indice.

Biblia impr. *Paris.* per *Petr. Regnault* sub scuto *Coloniensi.*

Biblia impr. *Paris.* per *Sebast. Gryphium*, 1542.

Biblia impr. *Paris.* per *Sebast. Nivellium* cum indice rerum & sententiarum V. & N. T.

Biblia impr. *Paris.* per *Rob. Stephan.* 1532, 1540. cum suis indicibus.

Biblia

Biblia Vtr. Test. cum nova Interpretatione & copiosissimis in ea Annot. per eundem *R. Steph.*
Biblia impr. per *Theobald. Pagan.* 1542.
Biblia impr. *Paris.* juxta Veter. Translat. qua hactenus utitur Ecclesia Lat. 1541 cum suo Indice sine nomine impressoris.
Biblia impr. *Salmanticæ* apud *Andr. de Portonariis* 1555. quorum correctio sive recognitio falsò imponitur *Fratr. Dominico de Soto Segob. Theol. Ord. Prædic.*
Biblia impr. *Operâ Cassiodor. Monachi.*
Biblia denique cætera quæ, servatâ formâ, ordine & censurâ à Reverendissimo Domino *Fernando Valdesio* Archiepisc. *Hispal. Generali Inquisitore* Anno 1554. præscriptis, fuerint correcta, retineri poterunt: corrigi verò, aut emendari denuo, quæ hucusque incorrecta, reperiantur, minimè liceat. Ejusmodi verò sunt.
Biblia impr. *Antv.* per *Ant. de Jabide*, 1541.
Biblia impr. *Antv.* per *Guliel. Vortesmam*, 1528, 1534, 1545.
Biblia impr. *Antv.* per *Hen. Perctersen* 1441.
Biblia impr. *Antv.* per *Jac. Lisbelt*, 1543.
Biblia impr. per *Joan. Theobald.* 1526.
Biblia impr. *Basil.* ex Offic. *Froben.* 1530.
Bibl. impr. *Franc.* ad *Mænum* 1566. nisi Index corr.
Biblia impr. *Lugd.* in Ædibus *Ant. Vincentii*, 1540.
Biblia impr. *Lugd.* apud *Ant. Vincent.* in minima forma, 1542.
Biblia impr. *Lugd.* sub Insigni Sphæræ apud *Ægid.* & *Jac. Huguetam* Fratres, 1540.
Biblia impr. *Lugd.* per *Fr. Gryphium.* 1542.
Biblia impr. *Lugd.* per *Guliel. Boule* in mediocri forma, 1542.
Biblia impr. *ibid.* per *Guliel Boule*, 1537.

Biblia

Biblia impr. *Lugd.* per *Hug.* à *Porta* in mediocri forma, 1542.

Biblia impr. *Lugd.* per *Hug.* à *Porta* 1538, 1544, 1546.

Biblia impr. *Lugd.* apud *Hugonem* & *Hæredes Æmonis* à *Porta*, 1544.

Biblia impr. *Lugd.* per *Franc. Gryphium.* 1542.

Biblia impr. *Lugd.* apud *Jac. Grozet*, 1546.

Biblia impr. *Lugd.* per *Jac. Giuntam* in mediocri forma 1535, 1542, 1546.

Biblia impr. *Lugd.* per *Jac. Giuntam*, 1536, 1546.

Biblia impr. *Lugd.* apud *Hæredes Jac. Giuntæ* in forma mediocri, 1549, 1551.

Biblia impr. *Lugd.* per *Iac. de Millis* in mediocri forma, 1551.

Biblia impr. *Lugd.* per Relictam *Io. Crispini*, 1446.

Biblia impr. *Lugd.* apud *Io. Giuntam.*

Biblia impr. *Lugd.* apud *Io. Maraschal*, 1532.

Biblia impr. *Lugd.* ex Officina *Melchioris* & *Gasp. Freschel* in mediocri forma, 1532.

Biblia impr. *Lugd.* sub insigni *Salamandræ* 1545.

Biblia impr. *Lugd.* per *Sebast. Gryphium* in minima forma, 1542.

Biblia impr. *Lugd.* per *Scipionem de Gaziano*, 1536.

Biblia impr. *Lugd.* apud *Theobald. Pagan.* in mediocri forma 1542.

Biblia impr. *Lugd.* in Ædibus *Vincentii de Portonariis*, 1536.

Biblia impr. *Lugd.* sine nomine impressoris, quæ in fine sic habent (*Biblia* quibus hactenus usa est Ecclesia Latina 1536, 1541.

Biblia impr. *Lugd.* sine nomine Impressoris in mediocri forma, 1540.

Biblia impr. *Paris.* apud *Ceratum Guillard*, 1549.

Biblia

Biblia impr. *Par.* in Officina *Petri Regnault*, 1541.

Biblia impr. *Par.* per eundem sub scuto *Coloniensi*, 1443.

Biblia impr. *Par.* ex Officina *Rob. Steph.* è regione Scholæ Decretorum, 1528.

Biblia impr. *Par.* per eundem. 1 46.

Biblia impr. *Par.* in Officina *Simonis Colinæi* pro *Galeot.* à *Prato*, mense *Octobri*, 1541.

Biblia impr. *Tiguri* apud *Christoph. Froschov.* in mediocri forma, 1539.

Biblia impr. *Venet.* in taberna Librarii *D. Bernardini* in mediocri forma, 1538.

Biblia impr. *Venetiis* apud *P. Ithechem* & *Maguentinum*, 1542.

Biblia impr. *Ven.* ad signum Spei in mediocri forma, 1544.

Biblia sub maxima forma, in quibus non designatur locus impressionis aut nomen Impressoris.

Biblia mediocri formá sine loco Impressionis.

Bibliorum Index impressus *Coloniæ* in Ædibus *Quentellianis*.

Biblia S. Hebr. Gr. Lat. cum Lat. duplici & Annot. *Franc. Vatabli*, 1587.

Denique *Biblia* Hæreticorum operâ impressa, vel eorundem Annot. Argumentis Summariis, Scholiis & Indicibus respersa prohibentur. Hucusque *Jamesius*.

Bibliorum Arab.

Arabica V. T. ut & *Syriaca* in *Latinum* translata est à *Sergio Risio*, *Maronitâ*, Archiepisc. *Damasceno*; Est autem duplex *Arabica*, *Antiochena* una, altera *Alexandrina*; neutra sine nævis, inquit *Tirinus*, quos facilè Lector deprehendet. Vide *Bellarm.* de *Verbo Dei*, lib. 2. *Serarium* in *Prolegomenis* toto Cap. 15. & *Bonfrerium* Cap. 19. cit. *Tirino*.

Bibliorum Germ. & Germanico-Lat. Editiones.

Eberus, Germ. patria Kittingensis in Franconia. Obiit 1569. Ætat. Suæ 59. *Melch. Ad.*

B*Iblia Martini Lutheri* cum Annotat. *Heidelb.* 1617. 1588

Biblia, Germ. Lat. Pauli Eberi, quarto, *Witeb.* 1564.

Biblia parva *Michaelis Neandri, Soraviensis*, octavo, *Lipſ.* 1611.

Biblia V. T. Leonis Juda, Germ. *Tig.*

Biblia Germ. cum notis *Joan. Piſcatoris*, quarto, 1604.

Bibl. Anglic. Vtr. Teſt.

B*Iblia S.* per *Tavernerum* fol. *Lond.* 1539.

Biblia S. ſine Notis, impr. 1535.

Biblia Tho. Matthæi cum Notis, impr. 1537. & 1549.

Guil. Tindalli Biblia, fol. 1551.

Biblia Tho. Craumeri ſine Notis, 1540.

Tho. Matthæi Biblia, unà cum Prologis & Annotationibus in ſingula Capita, fol. *Lond.* 1551.

Regis *Edvardi* Bibl. fol. 1549.

Biblia Sacra per *Beck*, fol. *ib.* 1549.

Biblia Milonis Coverdalii, quarto, 1550, 1553.

Biblia credita eſſe *Thriski Martini*, & excuſ. per *Rich. Grafton*, octavo, 1555.

Biblia Miniſtrorum *Genevæ* reſidentium, quarto. 1560.

Biblia S. unà cum Genealogia ab *Adamo* ad *Chriſtum*, fol. *Lond.* 1572.

Biblia Reginæ *Eliz.* fol. *Lond.* 1573.

Biblia Genevenſia, fol. & quarto cum notis.

Biblia Duacenſia 3 Vol. quartò *Duaci*, 1609.

Biblia

Biblia Jacobi Regis, fol.

Biblia per *Tho. Buck* magno Charactere fol. *Cant.*

Biblia per eundem minori Charactere, fol. *ibid.* & quarto.

Biblia per *Joan. Field* magno Charactere, fol. *ib.*

Biblia Imperialia J. Ogilvæi cum Chorographicis & 100. Historicis picturis, fol. majori.

Ejusdem *Biblia Regalia* cum Chorographicis & Historicis sculpturis, fol. minor.

Bibliorum N. T. Anglice.

GVil. *Tindalli N. T.* quarto, 1536, 1538.

Tho. Matthæi N. T. cum Annotationibus marginalibus, quarto, 1538.

N. T. Anglic. impr. per *Ric. Jugge*, cum Notis.

N. T. per *Erasm. Roterdam. Anglic.* & *Lat.* octavo, *Lond.* 1550.

N. T. Theod. Bezæ cum Notis.

N. T. Rhemense, quarto, 1582.

N. T. quarto, *Antv.* 1600.

N. T. Guil. Fulconis, cum Notis fol. *Lond.* 1617.

N. T. Tho. Cartwrighti, fol. 1618. cum Notis.

N. T. Rhemense, quarto, 1633.

Evangelia Saxonice impr. per *Dayum*, quarto, *ib.* 1571.

Bibliorum Italicorum.

B*ibliorum S.* ex *Hebr.* veritate in Linguam *Tuscanam* translata á *Sancto Marmachino, Florentino, Ord. Præd.* fol. *Venet.* 1538. Obiit *Florentiæ. Possev.*

Biblia Ital. cum Postillis *ibid.* 1515.
Biblia Antonii Bruccioli tribus Tom.fol: *ibid.* 1546. cum Commentariis.
Biblia S. Jacobi de *Voragine, Ianuensis.* Haud sanè probantur ista *Biblia Possev.* Vide ejus *Appar.*

Vorag. sic dictus à Castello ejusdem nominis in Liguria, ubi & natus, Ord. Præd. Archiepisc. Genuensis. Leand. Alb. Obiit *eidem*, 1294.

Biblia Ital. 4° 1562.
Biblia S. Ioan. Diodati, Lucensis, Italice, fol. 1607.
Eadem fol. *Genev.* 1641.

Bibliorum Belgicorum.

B*ibliorum S. Belg.* quarto, *Leida*, 1590.
Eadem, octavo, *ibid.* 1611.

Bibliorum Gallicorum.

B*iblia Renati Benedicti* Gallicè cum Scholiis.
Biblia S. per Professores *Genevenses* revisa & collata cum Text. *Hebr.* & *Gr.* fol. *Genev.* 1657.
Biblia Latino-Gallica, fol. *Lugd.* 1568.
Biblia S. Joan. Diodati cum ipsius Annotationibus, fol. maximo, *Gen.* 1644.
Biblia Gallicè, quarto, *ibid.* 1588.
Biblia octavo per *Prof. Genev.* ib. 1616.
Bible grosse Lettre avec cartés Geographiques, fol. *Gen.* 1610.
Idem fol. á *Gen.* 1615, & 1622.
Idem quarto. *ib*, 1637.
Idem octavo, à *Sedan.* 1633.
Catholique octavo à *Rouen.* 1624.

Moveau

Noveau Testament avec les Pseaumes, grosse Lettre, 4to. à *Charenton.*
Idem octavo à *Rotterdam*, 1631.

Bibliorum Hispanicorum.

B*Iblia S. Hispan.* 1553, & quarto 1559.
Biblia S. Cypriani Valeræ, Calvin.
Biblia Hisp. 1569.
Biblia S. Hispan. *Amstelod*, 1602.
Eadem quarto, *Francof.* 1622.
N. T. per *Franciscum* de *Enzinus*, 1543.

Bibliorum Polonicorum Editiones.

B*Iblia S.* juxta Vulg. Edit. in linguam *Polonic.* translata à *Jacobo Wieco*, *Vagrovicensi*, *Cracoviæ.* Obiit 1597. *Aleg.*
Biblia S. Polonice reddita à *Justo Rabo*, *Cracoviensi.* Obiit 1612. *Aleg.*
Biblia S. Polon. in majori octavo, *Dantisci*, 1635.
Biblia S. Polon. quarto 1572. in *Bibl. Sionensi.*

Bibliorum Bohemicorum.

B*Iblia Sacr. Bohem.* cum Annotationibus, quorum prima pars sive *Pentateuch.* in quarto editus est, 1579; Quod opus simul atque vidit Episcopus quidam Pontif. ut refert *Regenvolscius*, *Certè*, inquit, *hic labor*, *nec Idiotarum est*, *nec parvarum virium humanarum:* Se-

Niemchanius sive Niemizanius, Hunnobrodæ natus, Obiit 1611. Ætat. suæ 63. *Regenvolsc.*

cunda pars in lucem prodiit 1580; tertia 1582: quarta: 1587: quinta 1588: sexta *N. T* etiam cum Annotationibus, Pr. edit. operâ potissimùm *Ioan. Niemchanii* Senioris 1593, Poster. correctius & Annotatis locupletioribus illustrius, studio *Zachariæ Astonis* Senioris, 1601.

Bibliorum Ungaricorum.

Obiit 1634. Ætat. suæ 62. *Aleg.*

BIblia S. Vulg. Edit. in linguam *Ungaric.* translata à *Georgio Kaldi Tyrnaviensi, Soc. Jesu* impr. fol. *Viennæ*, 1626.

Bibliorum Codex Ungaricus, quarto, *Francofurt.* 1608.

Lithuanicorum.

Obiit hic in *Anglia*, 1668.

BIbl. S. Linguâ *Lithuanic.* à *Samuele Boguslao Chylinski, Lithuanico*, tral. nescio an Edita.

Muscoviticorum.

BIblia S. *Muscovit.* *Ostrob.* in B. Sionensi.

Dani-

Danicorum.

B*iblia* S. Linguâ *Danica* 1550.

Sclavonicorum.

B*iblia S.* Linguâ *Sclavon.* impr. in *Biblioth. Lambethana.*

Biblia S. *Utr. T.* Latino Charactere, quorum hic est titulus ; *Biblia, tu Ieuse, Smetu-Pismu, stariga inu Noviga Testamenta, Slovanski tolmazhena, Skusi Iuria Dalmatina* : (Quæ verba sic Latine sonant (inquit *Regenvolscius*) *Biblia*, hoc est, *Sacra Scriptura V. & N. T. Sclavonicè, translata per Georgium Dalmatinum.* Excusa sunt *Biblia* hæc *Vandalica, Witeb.* 1584. *Regenv.*

Wallicorum.

B*iblia Cambro-Britannica*, fol. *Lond.* 1588.
Eadem fol. *ib.* 1620.
Istas impressiones, si cui lubet, videre est in *Biblioth. Lambeth.*

Partes Bibliorum V. T. *variis linguis editæ, servato ordine Librorum Biblicorum.*

C*Humasch*, i. e. *Pentateuchus* cum Targum & Commentario *R. Salomonis* & *R. Mosis Nachmanis, Gerundensis*, & Commentario marginali

marginali *R. Isaaci Avuhaf*, fol. *Venet.* per *Dan. Bomberg.* 1584.

Chumasch cum Targum *Onkeli*, versione *Arabicâ R. Saadiæ*, & *Persicâ Tavasii*; Commentariis item *Rabbi Salomonis*, fol, *Constantinopoli.*

Chumasch cum triplici Targum, &c. fol. & columnis, *Venet.* apud *Joan. de Gara*, 1590, 1591.

Chumasch sine punctis, additis *Haptaris*, sive *Lectionibus Propheticis*, 24° *Venetiis* per *Joan. de Gara*, 1588;

Hunc libellum (inquit *Joan. Buxtorfius* in *Bibliotheca sua Rabbinica*, unde hæc hausimus) solent *Judæi* peregrinantes circumferre; ut Lectiones Sabbathinas ex eo peragant.

Pentateuchus Arabice per *Tho. Erpenium*, quarto, *Lugd. Bat.* 1622.

Idem *Arabice*, octavo, *ibid.* 1623.

Pentateuchus Hebr. Lat. cum Annotationibus, *Ven.* 1551.

Chumasch cum Glossa *Rabb. Salomonis*, *Hebræo-Germ.*

Genesis Hebr. Chald. Gr. Lat. per *Eliam Hutterum*, octavo, *Norimb.* 1601.

Fœlix, natione *Hetruscus*, patriâ *Pratensis.* Vixit 1520. *Sixt. Sen.*

Psalterium juxta *Hebr.* veritatem, *Fœlice Pratensi* Interpr. quarto, *Ven.* 1515.

Psalterium octaplum cum Glossis *Aug. Justiniani* fol. *Genev.* 1516.

Psalterium 6tuplex *Hebr. Græc. Arab. Chald.* cum tribus *Lat.* Interpr. *D. Hieronymi*, *Sanctis Pagnini* & *Fœlicis Pratensis*, *Græc.* LXX Interpr. cum *Lat.* vulgata, octavo *Lugd.* 1530.

Psalterium Henr. Stephani quintuplex, fol. *Paris.* 1513.

Robert. Steph. Liber *Psalmorum* (prohib. *Iam.*) *Lut.* 1546.

Psalterium ex *Hebr*, in linguam *Lat.* translatum

fideliter

fideliter, fol. Litera magna, *Lipsiæ*, 1566.

Psalterium Hebr. Chald. Gr. Lat. per *El. Hutter. Norimb.*

Ejusdem *Psalterium* Harmonicum *Hebr. Gr. Lat. Germ.* octavo, *ib.* 1600.

Psalterium Hebr. novâ typorum formâ, quò primo statim intuitu singularum vocum literæ radicales à servilibus discernuntur, fol. *Hamb.* 1602.

Psalterium Æthiopice per *Ioan. Pothenium* in magno quarto, *Romæ*, 1517.

Psalterium Armenicum, octavo, *Romæ.*

Psalterium Gr. octavo, *Antv.* 1583.

Psalterium Gr. octavo, *Lond.*

Psalterium Gr. octavo, *Cantabr.*

Psalterium Linguâ *Polonica* per *Iac. Wiecum.*

Psalterium Linguâ *Ungarica*, octavo, *Herbornæ.* Idem cum *Catechesi*, 12° *ibid.*

Psalterium Linguâ *Sclavonica* cum *Liturgia*, quod à se visum in manu cujusdem Generosi *Coll. Trin.* narravit mihi eruditus ille Mr. *Gale*, ejusdem Collegii Socius.

Psalterium Sclavonicum, quarto, *Venet.*

Psalterium Syriace per *Thom. Erpenium*, quarto, *Lugd. Bat.* 1625.

Erpen. nascitur *Gorcomii*, devixit *Sweertio*, 1624

Psalterium Wallice, quarto, *Lond.* 1588.

Idem *Wallice* per *Georg. Middletonum*, quarto, *ibid.* 1603.

Psalterium Græc. & *Lat. Ioan. Placentini* Belgæ, *Carmelit. Mediol.* 1481. Quod opus nemo dignè laudare sufficit, inq. *Petrus Lucius.*

Psalterium Arabicum & *Lat.* per *Victorium Scialac*, *Accurensem*, & *Gabrielem Sionitam*, *Edeniensem*, *Maronitas* è *Monte Libano*, 2 Vol. quarto, *Romæ*, 1614, 1619.

Opus tam Sacr. Literarum, quàm linguæ *Arabicæ* studiosis, ut dicitur, utilissimum.

Psal-

Psalterium Latino-Saxonicum Vetus, opera *Hen. Spelman. Equitis* 1640.

Proverbia Salomonis Hebraico-Lat. cum *Munsteri* Annotat. octavo, *Basil.*

Proverbia Sal. Arabice cum Scholiis per *Erpenium, Lugd. Bat.* 1614.

Ecclesiastes & *Cant. Cant. Chald.* cum versione *Lat. Schreckenfuchsii*, octavo, *Basil.*

Cant. Cant. Æthiop. per *Ioan. Pothenium* & cum Alphabetario, quarto, *Romæ.*

Esaias Propheta *Hebr. Chald. Lat.* Harmonicè & Symmet. per *Eliam Hutterum, Norimb.* 1601.

Esaias Hebr, Gr. cum duplici *Lat.* Interp. *S. Hieronymi* & *Munsteri.*

Hoseas Propheta *Hebr. Chald.* cum duplici versione *Lat.* & Commentariis trium doctissimorum *Iudæorum, Masorâ* item parvâ, ejusque Commentariorum Latinâ quoque interpr. quarto, *Lugd. Bat.* 1621. Quibus accesserunt Annotationes *Guil Coddæi, Lugduno-Batavi*, quarto, *ibid.* 1623.

Hobadiah sive *Abdia* Proph. *Lat.* cum Paraphrasi *Chaldaica Ionathanis*, Commentariisque *Schelema Iarchi, Aben-ezræ* , *Davidis Kimchi* per *Gulielm. Bedwellum, Anglum, Lond.* 1601.

Ionas Proph. quadrilinguis, *Hebr. Gr. Lat. Germ.* ita distinctus, ut versus versui respondeat, 8°. *Magdeburg.* 1607.

Malachias Proph. *Chald. Hebr. Gr. Lat. Germ.* Harmonicè & Symmetricè per *Hutterum*, 4°. & 8°. *Witeb.* 1601.

Bibliorum

Bibliorum N. T. *Editiones variæ, variis Linguis.*

NOv. *Testamen.* 12 Linguis.

Syriac.	*Lat.*	*Ital.*	*Anglic.*
Hebr.	*Germ.*	*Hispan.*	*Danic.*
Græc.	*Bohem.*	*Gallic.*	*Polonic.*

per *El. Hutterum*, 2 Vol.fol. *Norimb.* 1599. & in quarto.

N. T. Græc. cum Interpr. *Syriacâ, Hebræis* typis descriptâ, *Lat.* redd. ab *Em. Tremellio*, fol magno, per *H. Steph.* 1599.

N. T. Gr. ex Bibliotheca Regia fol. *Franc.* 1601.

N. T. Eliæ Hutteri Hebr. Gr. Germ. Lat. quarto, *ib.* 1603. & *Amstel.* 1615.

N. T. Sacrorum Doctorum Scholiis, curâ *Joan. Benedicti*, octavo, *Col.* 1564.

N. T. Rob. Stephani, Gr. fol. *Lut.* 1550. *Paris.* 1569.

N. T. Gr. cum interpretatione interlin. *Ben. Ariæ Montani*, fol. *Antv.* 1588. quarto, *ibid.* octavo, *ibid.* 1583. *Genev.* 1618.

N. T. Roberti Stephani cum Glossis, fol. 1553.

N. T. Hebr. Gr. Lat. Glossâque interlin. per *Guidonem Fabritium, Boderianum*, quarto, *Paris.* 1584.

N. T. complectens præter Vulg *Guidonis Fabritii* è *Syriaco*, & *Ariæ Mont.* translationes, insuper *Des. Erasm.* versionem præmissam, fol. *Antv.* 1616.

N. T. Gr. Lat. operâ *Erasmi.* fol. *Basil,* 1539, 1541.

N. T. cum translatione *Erasmi Lat.* cui è regione opposita

opposita est translatio *Martini Lutheri*, quarto, *Franc.* 1570.

N. T. cum versione *Erasmi* ad *Græcum* & genuinum sensum emendatâ, cum Glossa *Matthiæ Flacci Illyrici*, fol. *Basil.* 1570.

N. T. Philippi Nicolai Gr. Lat. octavo, *Lips.* 1578.

N.T. Græco-Latino-Germanicum Eilhardi Lubini, quarto, *Amstel.* 1614, *Rostoch.* 1616.

N. T. Erasmi ex Offic. *Froben.* fol. 1527.

N. T. Bezæ fol. *Basil.* 1559.

Bezæ fol. *Genevæ*, 1598.

N: Testamentum Gr. Lat. Ariæ Montani, octavo, *Gen.* 1618.

Idem 16°. *Gen.* 1622.

Bezæ Gr. Lat. cum duplici Interpret. octavo, *Gen.* 1611.

Erasmi Gr. Lat. octavo, *Witeb.* 1623.

Gr. cum notis *Scaligeri*, octavo, *Gen.* 1620.

Gr. octavo, *Amstelod.* 1639.

Gr. 12°. *per Elzevir*, 1633.

Gr. 24°. *per Bleau*, 1633.

N. T. Cujus *Græco* contextui respondent interpretationes duæ, una vetus, altera *Theod. Bezæ* cum ipsius Annotationibus, cui accessit *Joachimi Camerarii* Commentarius, fol. *Cantabr.* 1642.

N. T. Gr. cum versione planè novâ ad *Gr.* veritatem emendatâ per *Erasm. Schmidium*, unà cum ipsius Notis & Animadversionibus; accedit sacer textus Græcus cum versione veteri, fol. *Norimb.* 1658.

N. T. Gr. cum notis & Animadversionibus *Rob. Stephani, Joseph. Scaligeri, Is. Casauboni* 8°. *Lond.* 1622, 1633.

N. T. Gr. octavo *Plantin*, 1583.

N. T. Gr. octavo, *Antv. Pl*, 1584.

N. T.

N. T. Gr. fol. *Francof.* 1601.

N. T. Gr. Ex Regiis aliisque optimis exemplaribus summâ curâ expressum 12°. *Lugd. Bat.* 1624.

N. T. Gr. 12°. *Sedani*, 1628.

N. T. Gr. *Lutetiæ*, 1568, 1569.

N. T. Latino-Belgicum, quarto, *Antv.* 1539.

N. T. Lat. cum *Præf.* ad *Hen.* 8vum *Gualteri Doeleni*, Regiæ Majest. Biblioscopi, 2 Vol. majori quarto, *Lond.* 1540.

N. T. Cum interpretatione *Syriac.* Hebr. typis descriptâ, & *Lat.* redditâ ab *Imman. Tremellio*, unà cum ipsius Grammatica *Chald.* & *Syriac*, 2 Vol. fol. per *Rob. Steph.* 1569.

N. T. Linguâ & Characteribus *Syriacis* (exceptis secundâ S. *Petri*, 2 & 3 *Joannis*, & Apoc.) operâ *Alberti Widmanstadii*, quarto, *Viennæ Austr.* 1555.

Widmanstad. Hungarus. Vir antiquæ fidei, cordatissimus *Baro. Regenv.*

Huic operi Supplementum dederunt *Lud. de Dieu*, Clarissimus *Pocockus*, *Oxoniensis*, & *Usserius Armachanus* de muliere adultera, *Joan.* 8.

N. T. Syriac. sed literis *Hebr.* & formâ minusculâ, octavo, *Antv.* 1575.

N. T. Syriac. 8°. & 24°. *Antv. Plant.*

N. T. Syriac. cum *Lat.* versione, quarto, *Witeb.* 1624.

N. T. Syriac. cum *Lat.* versione, cumque variis lectionibus *Martini Trostii*, quarto, *Cothenis Anhalt.* 1621.

N. T. Arabic. per *Thom. Erpenium*, quarto, *Leidæ*, 1616.

N. T. Æthiopicum, cui adest breve Missale, post quod primùm adduntur Epistolæ *D. Pauli* omnes, quarto, *Romæ* 1548. *Hottinger.* in *Biblioth.* sua *Orient.*

N. T. Æthiopic. sive *Amaranum,* (qui sermo in *Æthiopia* Curialis est) *Ludovici de Azevedo, Lusitani, Soc. Jesu. Aleg.*

N. T. Polonic. cum argum. Capitum, & Notationibus ad marginem, Scholiisque, per *Jac. Wiecum. Aleg.*

N. T. Linguâ *Russic.* typis exc. quarto. *Hottinger.* ubi suprà.

N. T. Linguâ *Sclavonic.* à *Primo Trubero* traductum, exc. *Tubingæ.*

Truberus, Luth. ortum habuit ex *Rosterlichio,* pago *Carniolæ* sub ditione Baronum de *Aversperg.* non longè à *Labaco,* ejusdem Provinciæ Metropoli. Obiit *Derendingæ* propè *Tubingam* in *Germania, Regenvolscio,* 1586. Ætat. suæ 78.

Anglic. cum notis *Rhemens.* quarto, 1582.

Anglic. cum notis, quarto, *Lond.* 1569.

N. T. Sebastiani Castellionis, Gallic. & *Lat.* octavo.

N. T. Italic. cum figuris 12° *Lugd.* 1556.

N. T. Ital. 2 Vol. 12° per *Rovillium,* 1558.

N. T. Linguâ *Hibernic.* per *Guil. Daniel, Lond.*

N. T. Hispan. 1559. *B. Sion.*

N. T. Wallic. quarto, 1567. *B. Sion.*

N. T. German. per *Lutherum,* octavo, *Witeb.* 1593.

N. T. Linguâ *Turcic.* per *Guil. Seaman,* quarto, 1666.

Partium N. T. *Editiones Variæ.*

Quatuor Evangelia *Arabic.* fol. *Romæ,* 1591.

Quatuor Evang. *Arab.* cum interpr. interlin. fol. per *Comelin.*

Eadem *Arab. Lat.* fol. *Romæ,* 1595.

Eadem *Arab. Lat.* cum figuris, fol. *ib.* 1619. 1629.

Eadem

Eadem *Persic.* in *Bibl. Lambethanâ.*

Eadem *Persic.* & *Lat.* per *Abrahamum Whelocum*, fol. *Lond.* 1657.

Whelocus, *Anglus*, patriâ *Salopiensis*, in Parochia vocat. *Whitechurch* editus, *Arab.* Ling. Prof. in Acad. *Cantabr.* ibidemque Bibliothecarius publicus, obiit circa annum, 1654.

Eadem Ling. *Germ. Lat. Gr. Hebr.* per *Joan. Claium*, octavo, *Lipsiæ*, 1610.

Eadem *Gr. Lat.* per *Posselium*.

Eadem Ling. *Muscovit.* cum summulis singulorum Cap. & ord. legendi diebus festis. in *Bibl. Oxoniensi.*

Quatuor Evang. Linguâ *Crabaticâ*, tùm *Glagolicis*, tum *Cyrulicis* literis, exc. octavo *Tubingæ. Gesner.*

Eadem Linguâ *Saxonic.* & *Anglic.* quarto, *Lond.* 1571.

